



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica**

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad  
informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

**Coloniæ, 1654**

Cathedra S. Petri Ant. S. Petrus Damianus S. Ioseph ab Arimath. 22. Feb.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44916**

Cathedra S. Petri Ant. S Petrus Damianus S. Ioseph ab Arimath. 22, Feb.



### Constantia.

Ecclesia plus lacrymis, quam viribus, contendit Chrysologus.

Deus, qui B. Petro, Collatis clauibus regni caelestis ligandi atque soluendi Pontificium tradidisti: concede, ut intercessionis eius auxilio (& S. Petri Damiani: B Iosephi ab Arimathea intercessione) à peccatorum nostrorum nexibus liberemur. Qui viuis & regnas Deus &c.

Ora pro agonizantibus, &c.

¶ S. Petri Cathedra Antiochena  
est memoria Christiana diei, quo B.  
Christi in terris vicarius Antiochiæ,  
potestatis Apostolicæ sedē ad tēpus,  
secum migraturæ aut mansuræ fixit.

2. B. Petrus Damianus Rauennas,  
ex infimæ fortunæ hominibus ortus,  
iuvenis pecora domestica, etiam male  
vestitus, pascens, exemplo est studiosæ  
animæ meliorem non esse desperan-  
dam fortunam. nam sua Hominum-  
que industria euectus ad Episcopa-  
tum & Cardinalium Collegium, quā  
S. Petro nomine, tam dignitate proxi-  
mus euasit. Abdicatis demum huma-  
nis rebus sanctè obiit.

3. B. Ioseph ab Arimathea nobilis  
Decurio, Christi discipulus occultus,  
in Passione Domini publicus confes-  
sor effectus, quem honorauit in ter-  
ris, sensit muneratorem in cælis.